Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



prophetiam de se premisit dicentem tues sacerdos in eternum
secundum ordinem melchisedech ! Multas q: alias documen
tas diuinarum scripturarum rex et sacerdos xpi apparet;
Hinc et ipse dauid cuius non frustra crebrius filius dicitur quam
filius abrahe. et quem communiter tenuerunt
matheus et lucas ille a quo psalmonem discendere et iste
ad quem p natham ascendere et quamquam apostere ex fut
figurarunt tamen et sacerdotis p sonam quando panes pro
positionis manducauit quos non licebat manducare nisi
solis sacerdotibus; hucaccedit quod solus etiam lucas
mariam commemorat a angelo manifestatam cognatam
fuisse elisabeth que uxor erat zacharie sacerdotis.
de quo idem scribit quod eam de filiabus aaron hoc est
de tribu sacerdotum habebat uxorem; Cum ergo matheus
circa regis lucas circa sacerdotis p sonam gerere et intentionem utrique humanitatem xpi maxime commendarunt;
secundum hominem quippe xpi et rex et sacerdos effectus est.
cui dedit dn sedem dauid patris sui et regni eius non est finis.
et esset adinterpellandum p nobis mediator di et hominum
homo xpi ihs; Non autem habuit tamquam breuiatorem
coniunctum lucas. sicut marcum matheus. et hoc forte
non sine aliquo sacramento quia regum est non est sine
comitum obsequio; Unde ille qui regiam p sonam xpi nar
randam susciperat habuit sibi tamquam comitem adiunc
tum qui suauestigia quodammodo sequeretur ! sacerdos
autem qnm in sca scorum solus intrabat propter ea lucas cuius
circa sacerdotium xpi erat intentio non habuit tamqua
socium subsequentem qui suam narrationem quodammo
do breuiaret; Tres tamen isti euangelistae in his reb;
maxime diuersati sunt quas xpi p humana carnem
tempo uiuiter gessit ! Porro autem iohannes ipsam
maxime diuinitatem dni qua patri est aequalis intendit.